

De TERMINO SIMPLICI II. not.

I. Quid sit? R. TERMINUS est, in quem resolvitur propositio, ut prædicatum, & de quo id prædicatur. Subjectum & prædicatum vocantur Termini, quia sunt extrema propositionis. Hinc Copula non est Terminus, quia non est extremum, sed inter extrema ponitur.

1. vel { SYNCATEGOREMATICUS, est vox, quæ per se nihil significat, alias tamen juncta illis certum significandi modum tribuit: ut *Omnis, nullus, utinam, &c.*
 { CATEGOREMATICUS, est vox, quæ per se aliquid significat, nec ullum includit syncategorema: ut *homo.*
 { MIXTUS, qui categorema & syncategorema includit: ut *nemo*: continet enim significationem harum duarum vocum; *nullus homo.*

2. vel { VOCE TANTUM, est unica dictio pluribus æquivalens: ut *nemo* æquivalet his duabus, *nullus homo*
 { SIMPLEX, qui sic dicitur Tripliciter: SIGNIFICATIONE TANTUM, qui componitur quidem ex pluribus dictionibus; sed quæ significatione uni æquivalent: ut *corpus animatum &c.* Hic Terminus absolutè à Dialecticis vocatur Simplex.
 { VOCE & SIGNIFICATIONE SIMUL, qui est una dictio simplicis significationis: ut *homo,*

II. Quotuplex sit? R. Terminus est { COMPLEXUS, qui sic dicitur Tripliciter: VOCE TANTUM, idem est, quod simplex significatione tantum: ut *corpus animatum.*
 { SIGNIFICATIONE TANTUM, idem est, quod simplex voce tantum: ut *nemo.*
 { VOCE & SIGNIFICATIONE SIMUL, qui componitur ex pluribus dictionibus habentibus etiam compositam significationem: ut, *homo albus.*

3. vel { ABSTRACTUS, qui significat solam formam, non autem subjectum: ut *albedo*, tantum enim significat albedinem quæ est forma, non autem rem affectam albedine, quæ est subjectum. FORMA hic est omne illud, quod alteri aliquam determinationem seu appellationem tribuit: ut *albedo* respectu lactis est forma. SUBJECTUM hic est omne illud, quod ab altero aliquam denominationem seu appellationem suscipit: ut *lax* respectu albedinis, quia ab illa suscipit denominationem *albi.*

{ CONCRETUS, qui formam & subjectum significat Estque vel { DENOMINANS INTRINSECE, qui tribuitur ei, in quo non est forma per ipsum significata: ut *album.*
 { DENOMINANS EXTRINSECE, qui tribuitur ei, in quo non est forma per ipsum significata: ut *videri, vel visum esse.* Talia sunt omnia verba & participia passiva significantia actiones animæ: Item pleraque verba & participia activa significantia alias actiones: ut *illuminans, &c.*

4. Vide pag. seq.